Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

130

ds neque instruxit te quae te oportet loqui. Nisi ergo aaron
occurrisset moysi in montem. nisi eius sensum sublime uidis
set & arduum. nisi excelsitatem eius intellegentiā prospexisset.
numquam ei locutus fuisset uerba dī. neque uirtute signorū
prodigiorumque tradidisset. neque participē eum tantum mysterii
consciuisset. Uerum qm̄ longū ē per ordinē de singulis dicere.
uideamus. Ingressi ad pharaonem moyses & aaron. quid dicunt.
Haec dicit dns; dimitte poplm meum. ut seruiat mihi in heremo.
Non uult moyses ut popls in aegypto seruiat dno. sed ut exeat
in desertum. & ibi seruiat dno. Hoc est sine dubio quod osten
dit. quia donec quis in tenebrosis secli actibus manet. & in nego
tiorum obscuritate uersatur. non potest seruire dno. Non enī
potest seruire dno & mammone; Exeundum igitur nob ē. de
aegypto. relinquendus ē mundus. si uolumus dno seruire:
Relinquendus autē dico. non loco sed animo. non itinere profici
scendo. sed fide proficiendo. Audi haec ebdie iohannem
dicentem. Filioli. nolite diligere mundum. neque ea quae
in mundo sunt. Qm omne qd in mundo ē. desideriū carnis ē.
& desiderium oculorum; Et quid tamen dicit. Quomodo uel
quatenus proficisci iubet ex aegypto uideamus; Uiam
inquit trium dierum ibimus in heremo. & ibi immolabimus
dno do nostro. Quae ē uia trium dierū quā nob incedendū
est. ut exeuntes de egypto. peruenire possimus ad locum in
quo immolare debeamus. Ego uiam illum intellego